

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XXX

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

nouistis me philippe. qui uidit me. uidit & patrem. nempe ipse dixit & ue-
rissime dixit. ego & pater unum sumus; si ergo ille cum patre unum. aequalis pa-
tri. deo. deo apud deum. coaeternus immortalis pariter incommutabilis. pari-
ter sine tempore. pariter creator & dispositor temporum. tamen quia uenit in
tempore & formam serui accepit. & habitu est inuentus ut homo. quaerit glori-
am patris non suam. Quid tu homo facere debes. qui quando aliquid boni facis.
gloriam tuam quaeris. quando autem aliquid mali facis. deo calumniā medita-
ris. Intende tibi. creatura es. agnosce creatorem. seruus es ne contempnas deum.
adoptatus es sed non meritis tuis. quaerere eius gloriam a quo habes hanc gratiā
homo adoptatus. cuius gloriam quaesuit qui est ab illo unicus natus; qui
autem quaerit gloriam eius qui misit illum. hic uerax est & iniustitia in illo non
est; in antichristo autem iniustitia est. & uerax non est. quia gloriam suam
quaesiturus est. non eius a quo missus est; non enim est missus. sed uenire per-
missus. Omnes ergo pertinentes ad corpus christi. ne inducamur in laqueos anti-
christi. non quaeramus gloriam nostram. sed si ille quaesuit gloriam eius qui
eum misit. quanto magis nos eius qui nos fecit.

**INCIPIT SERMO XXX. AB EO QUOD AIT. NON NEMO MOYSES DEDIT
UOBIS LEGEM ET NEMO EX UOBIS FACIT LEGEM QUID ME QUE-
RITIS INTERFICERE. USQUE AD ID QUOD AIT. NOLITE IUDICARE
SECUNDUM FACIEM SED IUSTITIAM IUDICIUM IUDICATE.**

Euangelium sancti lectionem de qua pridem caritati uestrae loquuti sumus. ista
quae modo lecta est hodierna consequitur; domino loquente audiebant &
discipuli & iudaei ueritatem loquentem. audiebant & ueraces & men-
daces caritatem loquentem. audiebant & amici & inimici bonum loquentem.
audiebant & boni & mali; illi audiebant. sed ille discernerat & quibus sermo
prodesse & profuturus esset. uidebat & praeuidebat; in illis enim qui tunc
erant uidebat. in nobis qui futuri eramus praeuidebat; nos itaque sic audiamus
euangelium quasi praesentem dominum. nec dicamus. o illi felices qui eum uideret
potuerunt. quia multi in eis qui uiderunt. & occiderunt. multi autem in nobis
qui non uiderunt & crediderunt; quod enim praesiosum sonabat de ore domini.
& propter nos scriptum est. & nobis seruatum. & propter nos recitatum. & re-
citabitur & iam propter posteros nostros. & donec saeculum finiatur. sursum
est dominus. sed & iam hic est ueritas dominus; corpus enim in quo resurrexit. unoloco
esse potest. ueritas eius ubique diffusa est; dominum ergo audiamus. & quod ipse
dona ueritatis de uerbis eius & nos dicamus; nonne moyses inquit dedit uobis le-
gem. & nemo ex uobis facit legem. quid me quaeritis interficere. ideo enim
quaeritis me interficere. quia nemo ex uobis facit legem; nam si legem faceretis.

in ipsis lateris xpm agnosceretis, & praesentem non occideretis; & illi res-
 ponderunt; respondit enim turba. respondit quasi turba non pertinenti
 ad ordinem, sed ad perturbationem; Denique turba turbata, uidet quid res-
 ponderit; Daemonium habes, qui te quaerit occidere. quasi non peius fuit
 dicere daemonium habes, quam eum occidere; Et quippe dictum est quod
 daemonium habet, qui daemones expellebat; quid possit aliud dicere
 turba turbulenta. quid possit aliud oleae caenum commotum; turba tur-
 bata est; unde; a ueritate; turbam lippitudinis; turbauit claritas lucis; oculi e-
 nim non habentes sanitatem non possunt ferre luminis claritatem; Dñs autē
 non plane turbatus, sed in sua ueritate tranquillus; non reddidit malum pro
 malo; nec maledictum pro maledicto; quibus si diceret, daemonium habetis
 se uos; uerum utiq; diceret; non enim talia illi ueritati dicerent, nisi eos dia-
 boli falsitas irritaret; quid ergo respondit audiamus tranquille & tranquillū
 bibamus; Unum opus feci & omnes miramini; tamquam dicens. quid si om-
 nia opera mea uideretis, ipsius enim opera erant quae in mundo uidebantur
 & ipsum qui fecit omnia non uidebant; fecit unam rem & turbati sunt, quia
 saluum fecit hominem sabbato; quasi uero si quisquam aegrotus sabbato ince-
 rarit, alius illum sanum fecisset, quam ille qui eos scandalizauit, quia unū ho-
 minem sabbato saluum fecit. quis enim alius alios saluos fecit quam ipsa salus,
 qui illam salutem quam dedit huic homini, dat & iumentis; salus enim corpo-
 ralis erat salus carnis, & reparatur & moritur, & cum reparatur, mors differ-
 tur, non auferitur; Tamen fr̄s & iam ipsa salus ad dño est per quem libet deur,
 quo cumq; curante & ministrante inperitur, ab illo dicitur a quo est omnis
 salus, cui dicitur in psalmo, homines & iumenta saluos facies dñe, sicut mul-
 tiplicasti misericordiam tuam dñs; quia enim dñs es, multiplicata misericordia
 tua peruenit & iam ad salutem carnis humanae, peruenit & iam ad salutem
 mitorum animalium; sed quidam salutem carnis hominibus iumentisq; cō-
 munem; Numquid nulla salus est quam seruas hominibus; est certe aliaque
 non solum communis non est hominibus & iumentis, sed nec ipsis hominibus
 communis est bonis & malis; Denique, cum ibi de ista salute dixisset, quam com-
 muniter accipiunt pecora & homines, propter illam salutem quam sperare
 debent homines, sed boni homines, sequitur adiunxit; filii autem hominum
 sub tegmine alarum tuarum sperabunt, in ebriabuntur ab ubertate domus
 tuae & torrente uoluptatis tuae potabis eos, qm̄ apud te fons uitae & in
 lumine tuo uidebimus lumen; haec est salus quae ad bonos pertinet, quos ap-
 pellauit filios hominum; cum supra dixisset, homines & iumenta saluos facies
 dñe; quid enim, illi homines non erant filii hominum, ut cum dixisset homines,

sequeretur & diceret. filii autem hominum, quasi aliud erant homines & aliud
 filii hominum; non tamen arbitror sine aliqua significatione distinctionis, hoc
 dixisse spm scm; homines ad primum adam, filii hominum ad xpm; forte enim
 homines pertinent ad primum hominem, filii autem hominum pertinent ad
 filium hominis. Unum opus feci & omnes miramini; & continuo iungit. Prop-
 terea moyses dedit uobis circumcisionem; benefactum est ut acciperetis circū-
 cisionem a moyse. Non quia ex moyse est, sed ex patribus; Abraham quippe
 primus accepit circumcisionem a dño. & in sabbato circumcidatis, ^{habetis} conuicit uos
 moyses; in lege accepistis ut circumcidatis octauodie. Accepistis in lege ut ua-
 catis septimo die; si octauus dies illius qui natus est occurreret addiem septimū
 sabbati, quid faceretis; uacabitis ut seruatis sabbatum, an circumcidatis ut implea-
 tis sacramentum diei octauae; sed noui inquit quid facitis, circumcidatis hominē;
 quare. Quia circumcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis, & non debent
 homines sabbato uacare a salute; Ergo nec mihi irascamini, qui saluum feci totū
 hominem sabbato; si circumcisionem inquit accepit homo in sabbato ut non sol-
 uatur lex moysi. Aliquid enim per moysen in illa constitutione circumcisio-
 nis salubriter institutum est, mihi operanti salutem in sabbato quare indigna-
 mini? forte enim illa circumcisio ipsum dñm significabat, cui ista curanti & san-
 ta indignabantur; iussa est enim adhiberi octauodie circumcisio; & quid est cir-
 cumcisio, nisi carnis expolitio. significat ergo ista circumcisio, expolitionem
 a corde cupiditatum carnalium; non ergo sine causa data est, & in eo membro
 fieri iussa. qm̄ per illud membrum procreatur creatura mortalium, & per
 unum hominem mors, sicut per unum hominem resurrectio mortuorum, &
 per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors;
 Ideo quisq, cum praepitio nascitur, quia omnis homo cum uitio propagnis
 nascitur, & non mundat dñs siue uitio cum quo nascimur, siue uitio quare ma-
 le uiuendo addimus, nisi per cultellum p̄rini dñm xpm. p̄ra enim erat
 xps; Cultellis enim p̄rini circumcidebant, & p̄ra nomine xpm figurabant,
 & praesentem non agnoscebant, sed in super eum occidere cupiebant; quare
 autem octauo die, nisi quia post septimum sabbati dñs die dominico resurre-
 xit; ergo resurrectio xpi qua facta est tertio quidem die passionis, sed oc-
 tauo die in diebus ebdomadis ipse nos circumcidit; audi circumcisos uera p̄ra
 apostolo admonente; Si ergo resurrexistis cum xpo, quae sursum sunt sapite
 ubi xps est in dextera dñi sedens, quae sursum sunt quaerite, non quae super
 terram; Circumcisis loquitur; resurrexit xps, abstulit uobis desideria carna-
 lia, abstulit concupiscentias malas, abstulit super fluum cum quo nati eratis,
 & multo peius quod male uiuendo addideratis; circumcisi per p̄ram

Non intelligas

quare adhuc sapitis terram? & ad extremum quia legem dedit moyses. & circumciditis hominem sabbato. Intellegite hoc significari opus bonum, quod ego feci totum hominem saluum sabbato, quia & curatus est ut sanus esset in corpore, & credidit ut sanus esset in anima. Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate; quid est hoc modo, quia per legem moysi circumciditis sabbato; non irascimini moysi; & quia ego die sabbati saluum feci hominem, irascimini mihi personaliter iudicatis; ueritatem attendite; ego non me praefero moysi aut dñs, qui erat & ipsius moysi dñs; sic attendite quomodo homines, nos duos, tamquam ambos homines, iudicate inter nos, sed uerum iudicium iudicate; nolite me honorato illum damnate, sed illo intellectu me honorate; hoc enim eis alio loco dixit. Si credidissetis moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit; sed hoc loco uoluit hoc dicere, tamquam se & moysen ante illos constituitis, propter legem, moysi circumciditis quando & iam sabbatum occurrerit. & ego sanitarum faciendarum beneficentiam non uultis ut exhibeam per sabbatum; quia dñs circumcisionis & dñs sabbati salutis est auctor; & seruilis opera prohibita estis facere sabbato; si uere intellegatis seruilis opera, non peccatis; qui enim facit peccatum, seruus est peccati; numquid seruilis opus est, hominem sanare per sabbatum; manducatis & bibitis, ut aliquid dicam ex admonitione dñi nri ihu xpi, & ex uerbis eius. Itaque, quare manducatis & bibitis in sabbato, nisi quia pertinet ad salutem quod facitis. per hoc ostendit opera salutis, non esse ullomodo die sabbato omittenda; Ergo nolite personaliter iudicare, sed rectum iudicium iudicate; attendite me quomodo hominem, attendite moysen quomodo hominem; si secundum ueritatem iudicatis, neque moysen, neque me condemnabitis. & ueritate cognita me cognoscatis, quia ego sum ueritas; hoc utium fratrum quod dñs notauit hoc loco, euadest in hoc saeculo magni laboris est, non personaliter iudicare, sed rectum iudicium retinere; Admonuit quidem dñs iudaeos, sed monuit & nos; illos conuicit nos instruxit; illos redarguit, nos exacuit; Non putemus hoc nobis, non ideo dictum, quia tunc ibi non fuimus; scriptum est legitur, cum recitaretur audiui mus, sed tamquam iudaeis dictam; audiui mus, non nos ponamus post nos, & quasi intueamur inimicos reprehendere, & nos ipsi faciamus quod in nobis ueritas ipsa reprehendat; iudaei quidem personaliter iudicabunt, sed ideo non pertinent ad nouum testamentum, ideo non habent in xpo regnum caelorum, ideo non iunguntur sanctorum societati angelorum, terrena querebant ad deum; terrena enim promissio est, uictoria ab inimicis, fecunditas pariendi, multiplicatio filiorum, abundantia fructuum, quae illis omnia ad deum quidem uero & bono, tamen ut carnalibus sunt promissa;

omnia haec fecerunt illis uetus testamentum; quid est uetus testamentum,
 quasi hereditas pertinens ad hominem ueterem; nos innouati sumus, homo
 nouus facti sumus, quia & ille homo nouus uenit; quidam nouum quam nasci
 de uirgine; quia ergo non erat quid in illo innouare & praeceptum qui nullum
 habebat peccatum. Nouus partus est datus. in illo partus nouus; in nobis homo
 nouus; quid est homo nouus, ad uetus tate innouatus; ad quam rem innouatus,
 ad desideranda caelestia, ad concupiscenda sempiterna, ad patriam quae sur-
 sum est & hostem non timet & desideranda, ubi non perdimus amicum, non time-
 mus inimicum. Ubi uiuemus cum bono affectu, sine ullo defectu, ubi nemo
 nascitur quia nemo moritur, ubi nemo iam proficit, & nemo deficit, ubi non
 esuritur & non sititur, sed satietas est immortalitas, & cibis ueritas, haec haben-
 tes promissa, & ad nouum testamentum pertinentes, & nouae hereditatis facti
 heredes, & ipsius dñi coheredes; aliam spem ualde habemus, non personaliter
 iudicemus, sed rectum iudicium teneamus; quis est qui non iudicat personaliter,
 qui aequaliter diligit; dilectio aequales facit, non acceptari personas; si cum
 homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, tunc timendum est ne
 personas accipiamus; sed quando inter duos iudicamus, & aliquando inter
 necessarios, fit non numquam iudicium inter patrem & filium; qui erit pater
 ter de malo filio, aut qui erit filius de duro patre, seruamus honorificentiam
 patri quae debetur filio, non aequamus filium patri in honore, sed praepo-
 nimus; si bonam causam habet, filium aequemus patri in ueritate, & sic tribua-
 mus honorem debitum, ut non perdat aequitas meritum; ita uerbis dñi
 proficimus, ita ut proficiamus, & ut proficiamus gratia illius adiuuamur,
**INCIPIT SERMO XXXI AB EO QUOD MIT. DICEBANT ERGO QUI
 DAM EX HIEROSOLYMIS, NONNE HIC EST QUEM QUAE REBANT
 IUDAEI INTERFICERE ET ECCE PALAM LOQUITUR ET NIHIL ILLI
 DICUNT. USQ. AD IO QUOD MIT. QUAE RETIS ME ET NON INUENI-
 ETIS ET UTIBI ECCE SUUM UOS NON POTESTIS UENIRE**

Meminit caritas uestra pristinis sermo-
 nibus & lectum esse in euangelio & a nobis ut potuimus disputatum,
 quod dñs ih̄s ideo uelut occulte ascendit ad diem festum, non quia
 timebat ne teneretur, cuius potestas erat ne teneretur, sed ut significare &
 & iam in ipso die festo qui celebratur a iudaeis se occultari, & suum esse mys-
 terium; Hodierna ergo lectione apparuit potestas, quae putabatur ti-
 miditas; loquebatur enim palam in die festo, ita ut mirarentur turbae,
 & dicerent quod audiuimus cum lectio legeretur, Nonne hic est quem quae-
 rebant interficere, & ecce palam loquitur, & nihil illi dicunt; Num quid